

Et ita debet dicere quilibet peccator:
cuius anima mortua est in peccatis
Item ista manus pietatis tribuit
iustis fortitudinem. Vnde ait eu-
angelista de sancto iohanne. Et manus
domini erat cum illo: et confortauit illum in
omni bono. Item ista manus pietatis de-
ducet. Vnde in psalmo. Et manus tua
adducet me: et tenebit me dextera
tua. Item ista manus pietatis per hanc
vitam tribuit electis tria. Nam tribuit
eis benedictionem. Vnde in psalmo. Apis-
tu manum tuam et implebis omne ani-
mal benedictione. Item ista manus tri-
buit gaudium et gaudium immensita-
tem. Vnde ait anima electa sedens
cum deo in eternitate. Leua eius sub
capite meo et sinistra manus eius: et dex-
tera eius amplexabitur me. Item ista
manus tribuit electis honoris dig-
nitatem. Vnde petrus in canonica sua.
Humiliamini sub potenti manu dei
ut exaltet in tempe visitationis
et in die iudicii. Item ista manus tri-
buit electis quietis securitatem. Vnde
dicit sapiens. Iustorum anime in ma-
nu dei sunt: et non tanget illos tor-
mentum malicie. Et sic per ad thema
Vide manus meas. vide manus de-
mentie. manus iusticie. manus po-
tentie patientie vide manus pieta-
tis domini tribuentem.

Dominica prima post octauas pasche

Sermo. iii. xxx

Ego sum pastor bonus: et
cognosco oues meas. Io-
h. x. Paulus apostolus doctor
ecclesie dei in epistola sua ad ephesios.

dicit quod christus est caput nostrum et nos
membra eius. Ipse est pater nostrum
nos autem filii eius. Ipse est rex nostrum
vero populus eius. nos vero oues
et ipse pastor. Ergo ait. Ego sum pa-
stor bonus. Quod autem est caput nostrum:
ponit rationem. Nam caput habet opti-
mum locum in membris. et est nobili-
us et est subtilius. et est dignius. Ita
christus obtinet excellentiorem locum
in celo et in terra. Vnde ait per prophetam
Et ego ponam primogenitum illum
excelsum pre regibus terre. Etiam sic ca-
put est subtilius quod habet omnes sen-
sus corporis in quibus consistit sapientia:
sed in sua sapientia excellit omnes sapi-
entias mundi. Vnde ait apostolus. In
eo reconditi sunt omnes thesauri sa-
pientie. et sic nobilius est membrum: ita
christus. quod nos nascimur in peccatis
ipse sine peccato de virgine purissi-
ma de spiritu sancto conceptus: ut dicit pe-
trus. Qui peccatum non fecit: nec est inue-
tus dolus in ore eius. Etiam est dignius
quod caput habet regere omnia mem-
bra corporis: et vitam eis ministra-
re: et omnia membra seruare ad mo-
dum boni pastoris: qui regit. mini-
strat. obseruat suas oues. Ergo te-
ne potest dicere verbum preallegatum.
Ego sum pastor bonus. Quod autem
illas habet regere. custodire. libe-
rare. et eis ministrare. cognoscere
et signare per in euangelio. **Euangelium.**

Quit itehus discipulis suis in ce-
na: quando pro eis et pro nobis
voluit ire in mortem. Ego sum pa-
stor bonus. bonus pastor animam

suam & vitam ponit pro ouibus suis. **M**ercenarius autem qui non est pastor: cuius non sunt oues proprii dicit lupum venientem & dimittit oues & fugit. & lupus rapit & dissipat oues. **M**ercenarius autem fugit: quia scilicet pro mercede pascit oues: & plus curat de mercede quam de salute ouium & fidelium. qui non pertinet ad eum de ouibus? **E**go sum pastor bonus & cognosco oues meas: & cognoscunt me mee. **S**icut nouit me pater & ego cognosco patrem & animam meam pono pro ouibus meis. **E**t alias oues habeo scilicet gentiles: qui non sunt ex hoc ouili: & illos oportet me adducere per meos apostolos post ascensionem & vocem meam audient: qui fient christiani. **E**t fiet unum ouile & una congregatio fidelium in sancta ecclesia. & unus pastor scilicet papa ex parte mei cui commisi pascere sanctam ecclesiam. **E**tiam aliqui dicunt super illo verbo. **E**rit unum ouile & unus pastor: qui adhuc ante diem iudicii erit una fides per totum mundum. **Q**uo ad thema. **E**go sum pastor bonus &c. **N**ota quod bonus pastor circa suas oues & fideles in ipso creditur quatuor facit. **P**rimo signat studiose: ut cognoscat. **S**ecundo protegit affectuose: ut custodiat. **T**ercio liberat preciose: ut possideat. **Q**uarto pascit fructuose ut alliciat. **P**rimo dico sic quod christus sicut bonus pastor signat

oues suas studiose ut cognoscat hic. & in morte. & in die iudicii. nam sepe seducitur ouis ut occidatur. **I**ta multi seducuntur ut occidantur in anima a lupo furibundo. **U**t in libro regum. ii. ubi legimus quod dominus misit prophetam ad regem dauid qui peccauit. **E**t ait ad eum.

Quidam pauper homo habuit oues quam tenerrime dilexit: ita quod illa ouis comedit de mensa sua: & bibit de cypho suo. & in sinu suo dormiebat. **S**ed venit quidam qui habuit multas oues: & tulit ouem pauperis & occidit. quid ille demeruit? **C**erte mortem dixit dauid. **Q**uis est iste pauper nisi christus qui factus est pro nobis ita pauper. **U**nde ait in euangelio matthei. **V**ulpes foueas habent: & volucres celum: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinat.

Ille habuit ouem quam tenerrime dilexit scilicet animam ad dei imaginem creatam: quam dilexit & diligebat quod cibabat de mensa angelorum pane vite de sacramento altaris: ac potabat de calice sui sanctissimi sanguinis: & dormiebat in sinu gratie sue sancte ecclesie. **Q**ui igitur talem ouem & hominem iustum persequitur & occidit. Quid meretur? **C**erte dauid dixit. **M**ortem meretur eternam. **U**t igitur nullus infestaret: nec occideret oues christi: sed suos fideles: voluit signare eos studiose. **C**uius figuram legimus **g**enesis. iii. **J**acob

patriarcha a laban quidam vir
habitabat in una regione iuxta se
habebant oves que fuerunt om-
nes unius coloris. Dixit autem iacob
ad laban. Volo signare oves meas
ne sit iurgium inter te et me. et ut co-
gnoscam oves meas: volo eas sig-
nare. Accepit itaque iacob virgu-
las amigdalarum et discoloravit eas
et posuit in canali pleno aqua: ubi
oves bibebant et ex aspectu amig-
dalarum virgulis agniti erant
diversi coloris. et sic cognovit ia-
cob oves suas ab omnibus laban.
Ita spiritualiter dominus noster a laban dy-
abolus habuit similes oves in isto deser-
to huius mundi. Ne igitur fiat iurgi-
um inter eos in die iudicii signat
christus oves suas. Posuit itaque dominus
virgulas amigdalarum et sanctos
et sanctas. ut iohannem baptistam
iohannem euangelistam. katherinam
sanctam. et barbaram sanctam.
et alios sanctos et sanctas: quas dis-
coloravit diversis coloribus in eorum
passione. rubeo colore ex sanguine
albo colore ex castitate. nigro co-
lore ex humilitate. Tales igitur
oves christi debent inspicere vitam
eorum. et inspirationibus produ-
cit fructum similem. et sic accipit
ovis christi signum a sanctis et istud
signum imprimi in baptismo.
Tunc veniens in die iudicii statu-
et oves suas a dextris et ad vitam
eternam habentes christi signum.
sed oves laban et malos iudeos.
gentiles. et malos christianos sta-

tuet a sinistris. quia non habent
signum illius cuius opera fecerunt
¶ Secundo bonus pastor protegit
affectuose ut custodiat Unde osee
Sicut pastor vigilat super gregem
suum ut protegat: ita vigilabo su-
per vos dicit dominus. Huius
legimus figuram in libro ezechi-
elis. viij. Dixit dominus ad ezechi-
elem. Veni et ostendam tibi quid
faciam ovibus: et vidit septuagi-
ta viros stare: et habere dorsum ad
templum: et ad orientem haben-
tes faciem. et venerunt sex angeli
cum sex securibus ut interficerent
eos. Sed venit quidam indu-
tus lineis albis ad modum pastoris
dicens ad illos sex. Ne percutia-
tis donec signemus illos qui per-
tinent ad deum et protegit eos do-
nec suos elegit: et in frontibus il-
lorum impressit signum theae Et
postea ait. Percutite omnes alios
illos non protegam quia nulli per-
cuerunt. Ita spiritualiter per illos
septuaginta viros stantes nota
congregationem omnium hominum:
vertentium dorsa ad templum: quia
deum non honorant. vertentes fa-
ciem ad ortum solis expectantes
diem iudicii. Venient igitur sex
angeli cum sex securibus: ut om-
nes interficiant propter peccata
hominum. Sed ait pastor bonus
indutus alba veste scilicet carne
purissima: protegens suos fide-
les dicens Nolite percutere donec
meas oves eligam: et tunc nulli

parcant: sed omnes percutiant q̄
 non sunt de ouili boni pastoris.
Prima securis qua peccator per-
 cutitur est supbia. **Vnde** ait dauid
in psalmo. Percussisti caput de-
 domo impij. **Domus impij** est co-
 scientia mala: ubi supbia est ca-
 put omnium malorum. **Secunda**
 securis ē morbus qui multos im-
 prouise percutit. **Vnde** dicitur quar-
to regum. Percussit dominus Jo-
 ram languore insanabili. **Tercia**
 securis que percutit ouem laban
 et non ouem christi est grauitas
 peccatorum que magis percutiunt
 miseram animam: quam magna se-
 curis corpus. **Vnde** dicit amos.
 Percutiet domum maiorem rui-
 nis: et minorem scissimibus. **Ma-**
 ior domus est anima: et minor est
 corpus que ambo percutiuntur se-
 curi peccatoris. **Vnde** in psalmo.
Secunda ascia et barde delecerunt
 eam videlicet ouem morbidam et
 mala. **Quarta securis** qua ouis
 laban percutitur est mortis acerbis-
 tas. **Vnde** ait dominus amos .ix.
 Percutite cardinem et mouebunt
 super liminaria porte dei superle vel
 dorstelle. **Cardo** est corpus super
 liminaria sunt vires: que omnes
 mouebunt: quando mors cum se-
 curi sua percutit corpus. **Quinta**
 securis percutiens ouem laban
 et malum hominem est seueritas
 iudicii. nam in iudicio oculi iudicant
 quando misera anima egreditur
Vnde dicitur tales oues laban et

dyaboli serui mali christiani. **Imque**
 egimus contra te: et ad iracundi-
 am te prouocauimus. **Idcirco** per-
 cussisti nos: nec pepercisti nobis. et
 hoc fit quando de ore eius exiit
 gladius acutus. **Sexta securis** que
 percutit oues laban et dyaboli est
 pene eternitas. **Vnde** proverbiorum.
 Parati sunt mallei percutientes
 stultorum corpora. **Et istud ps.**
 Supra dorsum meum fabricaue-
 runt peccatores. **Tunc** igitur in illa
 extrema necessitate quando celi moue-
 di sunt et terra: oues christi tanquam a bo-
 no pastore protegentur ut non percutiant
 eos quisquam. **Vnde ps.** Protesges eos
 in tabernaculo tuo a contradi-
 ctione linguarum. et sic patet quod christus bonus pastor
 protegit oues suas affectuose ut cu-
 stodiat. **Tercio** christus velut bonus
 pastor libat oues suas preciose ut
 possideat. **Vnde** etiam vendit et perdi-
 ti propter peccata primorum penitus: si ne-
 que auro neque argento liberauit nos
 si precioso sanguine christi liberaui fu-
 et ideo figuratus est per bonum pa-
 storem dauid. de quo legimus in
primo regum xvij. ca. Velle qui fu-
 it pater dauid vir iustus misit filium
 suum dauid quem diligebat pascere
 oues suas. et veniebat leo et visus
 tollens preda de ouibus dauid quem
 pascebat. **Sed** dauid surrexit cum
 baculo et perit pastoris. occidebat
 eos et liberauit oues suas quod dominus cum
 eo erat. **Moraliter** per velle non pa-
 trez in diuinis: qui habuit multas
 oues in hoc mundo id est animas

ad imaginem dei creatas. **S**ecundo
mit leo superbie lucifer. et visus sa
thanas auaricie. et tulerunt pre
dam. Misit igitur pater filium su
um dauid scilicet christum pascere
oues in hoc mundo scilicet filios fi
deles. Venit igitur leo et visus et
demonia mundus animam deuora
do. ad limbum per suam potentiam du
cendo. **Q**uid videtur dauid et christus: acce
pit baculum et sanctam crucem cum leo
ne visio pugnavit et eos supera
uit. et oues captas in limbo seden
tes ad quinque milia annorum libera
uit et libertati restituit. **V**nde ps.
Eduxit eos de tenebris: et umbra
mortis et vincula eorum dirupit. et
libertati dedit. **E**rgo christus bonus pas
cor oues suas liberauit: ut eas qui
si suas in libertate possideat. **Q**uar
to dico quod christus pastor bonus pas
cit oues suas fructuose ut eas al
liciat. Pascit eas oues et fideles
diversis cibariis. **P**rimo cibo na
turali: ut fructus terre et arborum per
nobis produciendo ut nos pascit
Vnde ait leuitici. **xvi.** Dabo vobis
pluviam serotinam: et imbrem ma
tutinum. et terra gignet fructus suos.
et arbores pomis replebunt. **S**e
cundo pascit eas de carnibus pecorum
diversorum. **V**nde ps. Omnia sub
pedibus eius: oues et boues unuer
sas insuper et pecora capi. volucres
celi et pisces maris. **T**ercio pascit
oues eius pane sancte doctrine ubi
dei. **E**ccli. **i.** Cibavit eos pane vi
te et intellectu. **Q**uarto pascit oues

eius cibo sacramentali. **J**oh. **xi.**
Caro mea vere est cibus: et sanguis
meus vere est potus. **Q**ui legimus
figuram in **exodo** capitulo. **iii.** quod
moyses pascebat oues: et mina
bat eas in interiora deserti: et ibi
pascebant in herbis virentibus.
Ita christus minat gregem suum ovium
in interiora deserti et ad solitariam
vitam: vitam huius mundi fugiendo
et ibi in herbis virentibus et in duo
decim articulis fidei quibus homo vi
rescit in virtutibus. **E**t sicut moyses ibi
loquebatur ihesus ita loquitur suis
ovibus in inspirationibus divinis. **D**e
istis pascuis viderimus ait in lib.
ezech. xxviii. Ego requiram oues
meas et pascam eas in montibus
israhel. et ibi virent in herbis vi
rentibus. **Q**uanto enim montes
sunt altiores: tanto flores et herbe
dulciores propter rorem: qui citi
us cadit in montes quam in valles.
Et oues libentius comedunt in mon
tibus: quam in vallibus et lac eo dul
cius est propter herbas montium.
Ita spiritualiter. **Q**uanto altius
homo ascendit montem contem
plationis: tanto dulcius pascit
in divinis. **E**t quanto magis ten
dit ad ima conuallium: tanto mi
nus capit de dulcibus. **E**t ideo mo
net ipse propheta **Isayas** om
nes oues atque fideles christi dicens.
Venite ascendamus ad montem
domini: et ibi pascua inueniamus.
Ergo dominus noster ihesus christus pastor
bonus qui etiam suas oues signat

ptegit. liberat et pascit etc.

Poctauas pasche omnia iubilare. **Sermo. xxxi.**

Quos vero tristabimini: si tristitia via vertet in gaudium. **Job. xvi.** Nota quod quatuor sunt stulticie propter quas homo sepe tristatur. Prima est hominez in tali statu vivere in quo non audet mori. **Vñ ait ecci.** Mors non tardat. O mors quod amara est memoria tua. Secunda est provissima revitam exponere. Sicut **Na both. iiii. &** exposuit vitam suam et prodidit pro parua vinea. Nam rex vocavit eum et dixit. Da michi vineam. **Rñdit.** Nolo. Tunc misit falsos testes et eum lapidare fecit. et sic tristabatur. Tercia est inter bonum et malum eligere malum et bonum spernere. sicut fecit moyses cui rex pharao posuit coronam super caput eius cum adhuc esset puer: et proiecit coronam. Tunc accepit carbonem ignitum et auxit et prebuit puerum. et puer elegit carbonem et omnes dixerunt. Stulticia sua est. Quarta stulticia est: quoniam homo vendit hereditatem paternam pro ciopho pleno lentibus. Ita fecit esau. Vendidit enim primogenituram fratri suo iacob pro vna scutella plena lentibus. ut patet **genesis.** Ita spiritualiter qui nunquam cogitat de morte: sed sepe gaudet in vanitatibus: sepe ex hoc tristatur. Item ho-

mo sepe gaudet coronans se corona superbia et prodit coronam glorie. Item homo sepe vendit benedictionem celestis hereditatis pro gaudio vanitatis. Sed Christus premonens suos discipulos ne ipsi stulte in hijs agerent: sed melius esset eis hic modicum tristari: et propter hanc vitam eternaliter gaudere. Et ideo ait ut supra. Vos vero tristabimini: et mundus gaudet: sed tristitia vestra vertetur in gaudium: ut patet in euangelio. **Euangelium.**

Ixit ihesus discipulis suis in cena. Modicum iam non videbitis me. et iterum modicum videbitis me: quia iam vado pro vobis in mortem: et iterum quando resurgo: iterum videbitis me. et in ascensione mea quando vado ad patrem. Dixerunt ergo discipuli ad invicem. Quid hoc est. quod dicit nobis: modicum et non videbitis me. et iterum modicum videbitis me: quia vado ad patrem. Dicebant ergo. Quid est quod dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur et non intelligimus. Cognovit autem ihesus quia volebant eum interrogare: et dicit eis. De hoc queritis inter vos: quia dixi vobis modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. Amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos in hoc mundo propter persecutiones mundi. Et mundum gaudebunt: quia vos persequentur. vos autem tristes et tristabimini propter mortem meam.